Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De lineis, quae indicant paupertatem

urn:nbn:de:bsz:31-95557

FIGVRA LXVIII.

Habens vnam lineã ex trianguli forma in medio frontis,quę incipit à ſituatione Solis,& ad finem in ſituatione Veneris, vt in figura 68. erit poſſeſſor diuitiarum.

De lineis, quæ indicant paupertatem.

FIGVRA LXIX.

Qui habebit 5.lineas , ideſt vnam vndatam ex parte dextera in ſituatione Martis,& vnam breuem ex parte ſiniſtra in eadem ſituatione Martis,& aliam breuem ex parte dextera in ſituatione Veneris cum duobus ſignis vnum cum 3.in medio,& alterum ſicut 7.in ipſa ſituatione Veneris,vt in figura 69.à paupertate vexabitur.

Fi-

FIGVRA LXX.

Habens quinque lineas vnam in ſituatione Iouis, vnam in ſituatione Solis, duas oppoſitas in ſituatione Veneris, & aliam perpendicularem, quæ incipit à ſituatione Saturni, & deſcendet vſq; ad illam Veneris, vt in figura 70. diuitias desiderabit.

FIGVRA LXXI.

Habenti tres lineas breues, & rectas, ideſt vnam ex parte ſiniſtra in ſituatione Iouis, vnam ex parte dextera in ſituatione Martis, & tertiam in parte ſiniſtra in ſituatione Solis, vt in figuta 71. paupertas erit moleſta.

Fi-

FIGVRA LXXII.

Hahens quatuor lineas, vnã breuem in medio ſituationis Saturni aliam verò in ſituatione Iouis, tertiam in ſituatione Veneris ex parte dextera, quæ aſcendit cum vno vnco, & quartam, & vltimam ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, quæ deſcendat deorſum cum vnco, vt in figura 72. à paupertate affligetur.

FIGVRA LXXIII.

Habens quinque lineas vnã breuem ex parte dextera in ſituatione Iouis cum cruce in medio in ſituatione Solis, & vnum ramuſculum perpendicularem ſuper cilium dexterum in ſituatione Mercurij, vnãq; figuram ſicut V, cum ramuſculo ex parte ſiniſtra, vt in figura 73. paupertate afficietur.

Fi-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

FIGVRA LXXIV.

Habentem quatuor lineas, ideſt vnam vndatam cum vnco in ſituatione Iouis cum cruce in medio, quæ aſcendat ſupra ſituationẽ Saturni, verſus aliam vndatam in ſituatione Martis ſimiliter cum ramuſculo, qui deſcendat deorſum ſituationem Solis verſus; & aliam vndatam Solum in ſituatione Solis, & vnam breuem ex parte dextera in ſituatione Mercurij, vt in figura 74. paupertas inuadet.

FIGVRA LXXV.

Habens octauas lineas, ideſt vnam diſcontinuam in ſituatione Saturni, vnam cũ ſemicirculo in ſituatione Iouis, tertiam longam, & directã in ſituatione Martis cum vnco ex parte dextera, & tres lineas breues ex parte ſiniſtra intrinſe-

catas ſimul in ſituatione Veneris, & aliam lineam ſicut 7. ex parte dextera ſimilem vni 7. in parte ſiniſtra in ipſa ſituatione Mercurij, vt in dicta figura 75. pauperiem non fugiet.

De Tertia Domo. Caput III.

ASTrologi omnes vniuerſali conſenſu tertiæ domui breuia itinera atribuunt, deſcribemus ergo lineas itinera ſignificates.

FIGVRA LXXVI.

Habens vnam lineam cum ſemicirculo in ſituatione Martis, quæ firmat in ſituatione Solis, vt in figura 76. in diuerſa loca ſe transferet.

Fi-